IN XPI NOMINE · INCIPIT
VITA SCI AC BEATISSIMI PA
TRONI NRI MARTINI EPI
ATQUE CONFESSORIS ·

a Igitur martinus sabariae pannoniorum
oppido oriundus fuit · sed intra italiam
ticini altus est · parentib; secundu sctl
dignitatem non infimis gentilibus tam;
pater eius miles primu post tribunus mili
tu fuit; Ipse armatam militiam in adoles
centia secutus · inter scolares alas sub rege
constantio · deinde sub iuliano caesare mili
tauit ; Non tamen sponte · quia primis fere ab
annis · diuina potius seruitute sacra in lus
tris pueri spirauit infantia; Nam cum esset
annoru decem · inuitis parentib; ad ecclam
confugit · seque caticuminu fieri postulauit;
II Mox mirum in modum totus in di opere con
uersus · Cum esset annoru duodecim heremu

de aliis senserimus; Non refugimus autem.
ut si qui eiusmodi sunt nos quoque cum tali
uiro oderint; Illud facile confido om
nibus sanctis opusculum istud gratum fore;
De cetero si quis haec infideliter legerit!
ipse peccabit; Ego mihi conscius sum.
me rerum fide et amore christi inpulsum
ut scriberem manifesta exposuisse uera
dixisse. paratumque ut spero habebit
a deo praemium. non quicumque legerit.
sed quicumque crediderit.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT EPISTOLA SEVERI AD EU
SEBIUM PRESBYTERUM POSTEA EPISCOPUM.

Hesterna die cum ad me plerique mona
chi uenissent. inter fabulas iugemque lon
gumque sermonem mentio incidit libelli
mei quem de uita beati uiri martini
edidi. studioseque eum a multis legi liben

tissime audiebam; Interea indicatur
mihi dixisse quendam malo spiritu suscitatum
cur martinus qui mortuos susci
tasset & flammas domibus depulisset ipse
nuper adustus incendio periculose fuisset
obnoxius passioni; O istum quisquis
est miserum, iudaeorum in uerbis eius
perfidiam & dicta cognoscimus qui in cru
ce positum dominum his uerbis increpabant
Alios saluos fecit se ipsum saluum facere
non potest; Uere plane iste quicumque est
si illis temporibus natus esset & in dominum hac
uoce dicere potuisset qui similem domini
blasphemat exemplo; Quid ergo quis
quis es? Martinus ideo non potens ideo
non sanctus quia est periclitatus incendio;
O beatum & per omnia similem apostolis etiam
in his conuitiis uirum. Nempe hoc & de pau
lo gentiles cum eum uipera momordisset

liberi sunt · & quod inexpugnabili uirtute
aduersum omnia fundatur st&erit ·
XVIII Ubi postumianus ait · ego quo aduiuas sep̄
& rapiam aegypti monachos praedicabo ·
laudabo anachoritas · mirabor heremitas ·
martinū sep̄ exp&am · non illi ego audeo
monachorum certe non episcoporum quē
piam comparare · monachorum
XVIIII · Postumianus seuero ait · tu potius ut de
sidero residua martini opera contexe quae
te pra&erisse professus es · At ille respondit ·
arbitror rectius istud a gallo esse poscen
dum · & c&era quae secuntur ·
XX · Gallus respondit lic& impar sim tanto
oneri tamen praelatis a postumiano oboe
dientiae cogor exemplis ut munus istud
quod inponis non recusem · Gallus
EXPLICIT · CAPITULATIO ·

INCIPIT DIALOGUS SEUERI ·

Cum in unum locū ego & gallus noster
conuenissemus · uir mihi & pp̄t martini
memoriam & illius discipulis enim erat /
& pp̄t merita carissim⁹ / Interuenit nobis
postumianus meus · nr̄i causa ab oriente
quo se ante trienniū patriam relinquens
contulerat regressus complexi hominē
amantissimū · exosculatiq; genua & pedes
eius / Cum uno atq; altero spatio obstupe
facti inuicē flentes prae gaudio deambular
sem⁹ · lectis in terram ciliciis consedimus ;
Tum prior postumianus me intuens · cum inq̄t
essem in remotis aegypti / libuit ut ad mare
usq; procederem · nauem illic onerariam
offendi / quae cum mercib; narbonā p&ens
soluere parabat ; Eadem nocte mihi insō
nis adstare uisus es / & iniecta manu tra
here · ut nauem illam conscenderē ; mox